

29

Bremensis Hartuicus citavit totum capitulum
Lubicense in Hamburg et ibi prae voto archiepi-
scopi & capituli pontificatus est, qui sibi absentis
nunciatum, lacrymatus consentire noluit exhortatus
tamen per archiepiscopum & comitem invite quasi
acquiescit investituram recipiens de manu Impere-
ratoris Frederici, de Italia redeuntis. His tempo-
ribus Dominus de Meckelenburg deficientibus Sclavi-
bus in insulam Pole Teutonicos incolas collegit et ne
decimam episcopo darent eos defendere voluit. In
fine tamen episcopus Domino de Meckelenburg mediam
decimam dedit ob pacem et sibi mediam dari voluit
ab eisdem exspectat. Hi sedit annis XXIII . Anno
Domini 1187. Papa Urbanus III. post Luticium
sedit. Post quem Gregorius VIII. coepit anno LXXIX
Domini 1188. Nam Papa Urbanus III. audito quod
Hierusalem esset capta a Saracenis in die Ulrici
ex moerore prostrata obiit.

Cap. 35.

Anno Domini 1180. edificatum est per
comitem Adolphum prope Lubek monasterium
Reynvelde per quinque annos fratrum ordinis
Cisterciensium. Anno Domini 1187. Henricus
Marchio

